



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

430. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Chalcedonensi.*Concil. Chalcedon. c. 11.
Burchard. lib. 2. c. 143.

CCCCXXVIII. Omnes pauperes & indigentes ecclesiastico auxilio, cum proficiuntur, cum probatione epistolij vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendare decrevimus, & non commendatitiis litteris, propterea quod commendatitias litteras honoratioribus tantummodo personis præstari conveniat.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*Conc. Agath. c. 38.
Lib. 6. Capitular. c. 130.
& lib. 7. c. 195.
Burchard. lib. 2. c. 142.

CCCCXXIX. Clerico sine commendatitiis epistolis Episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma servetur.

De eadem re. *Ex canonibus Apostolorum.*

Can. Apostolor. c. 34.

CCCCXXX. Nullus Episcoporum peregrinorum, Presbyterorum, aut Diaconorum sine commendatitiis suscipiatur epistolis; & cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur.

De eadem re. *Ex Concilio Sardicensi.*

Concil. Sardic. c. 18.

CCCCXXXI. Januarius Episcopus dixit: Illud quoque statuat sanctitas vestra, ut nulli Episcopo liceat alterius Episcopi civitatis ministrum ecclesiasticum sollicitare & in suis paræchiis ordinare.

Vnde supra.

Concil. Sardic. c. 19.

CCCCXXXII. Osius Episcopus dixit: Et hoc universi constituimus, ut quicumque ex alia